

## **Terms and Conditions**

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

### Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

### Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100

# BRANDENBURG

## MARCHIONATUS

### ET ELECTORATUS.

Hanc Brandenburgica Marchia descriptionem primus solusq; nobis praestitit doctissimus Mathematicus & professor in academia Francfortiana ad Oderam Elias Camerarius, vir a quo multa in astronomicis desideratissima expectabamus, si longiorem illi vitam concessisset Dominus, iam enim in observatione motuum solis, luna, ac stellarum diligentissimus erat, ad castigandos quos in ijs certo deprehendebat errores. Conscripsit autem hanc tabulam non geometricis instrumentis usus, ut cui propter academica negotia id integrum non fuit, sed ex suis aliorumq; profectibus, idq; adeo solerter & circumspicte, ut longitudinis latitudinisq; regionis symmetriam vix melius potuisset attingere, etiamsi adminiculo dioptrae geographicæ per triangulos eam fuisset emensus. Id me docuit experientia, quandoquidem ut reliquis circumfuit regionum tabulis eius descriptionem conciliarem, vix ulla contractione aut extensione opus fuit, sed in eam quam proximè longitudinem ac latitudinem exterioris loci iuxta ipsius dimensiones positi inciderebant, quam circumvicina tabula diligentissime à me castigata & conciliata requirebant. Admiratus fui eius dexteritatem nullius instrumenti usu subnixam, & gavisus sum exquisitè omnia meis dispositionibus quadrare: latitudo enim urbis Francfortensis, quam ille saepe dimensus est, elegantissime in meam regionum symmetriam & dispositionem consentiebat. Itaque est quod illi gratias agamus, & pia memoria eius nomen recolamus. De nobilitate & politico statu regionis haud dubiè designationem aliquam mihi suppeditasset, si supervixisset, nunc nihil habeo amplius quam quod tota Principis Electoris ditio in 7. aut 8. prouincias sit distributa, quam sunt Alde Marck, Middel Marck, Neu Marck, Vker Marck, Pregnitz, Crossen ducatus, Sterneberg & Corbus dominia. Item pars Lusatia: Inter quas proculdubio, tum ad conseruationem & curam totius corporis, tum ad gubernationem populorum certus est ordinum status & politia.

Sunt & minores in his prouincijs comitatus, ut Kapin 35 14: 53 8. & Vierraden 36 54: 53 7. & Kustrin Marchionatus 37 14: 52 36.

Continentur etiam hac tabula.

MEKELNBURG siue Magnopolensis ducatus, & POMERANIAE  
pars maxima.

Ecclesiastici in hac tabula sunt.

Magdeburgensis Archiepiscopus & Primas Germania: cui subsunt in Brandenburgensi Marcka Brandenburg Episc & Havelburg.  
In Mekelnburg Suerinensis Episcopus sub Bremens.  
In Pomerania Camin Episcopus.

Meridiani distant iuxta rationem paralleli 53 0. ad  
circulum maximum.

S

